

DE  
SENSU JUVENUTIS ÆSTHETICO,  
IN LEGENDIS AUCTORIBUS CLASSICIS  
FORMANDO.

SPECIM. ACAD.

---

ejus

PARTEM 2.

Venia Ampl. Fac. Phil. Ab.

Publico. Proponit Examini

**HENRICUS SNELLMAN,**

Eloqv. Docens, Aman. Bibliothecæ Extraord. & ad Schol.

Cathedr. Ab. Vicarius Conrector,

Respondente

**JOHANNE FREDRICO CLÅSEN,**

Ostrobohn.

In Audit. Phys. die 22 Nov. 1806.

Horis a. m. solitis.

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

SEMPER PARVA LUTHERANIS  
LUTHERANIS

1802. Typis FRANCHETTI

Ipsius autem *Litteraturæ Classicæ* paullo latiores  
 positos volumus fines, quam quibus, nescio quo jure  
 in Scholis nostris Publicis circumscribi soleat, cum  
 ex mente nostra neque Scriptores *Græcorum Classi-*  
 D cos

---

denselben an Gegenständen üben welche wirklich als  
 Muster von Schönheiten gelten können. — Ob nun  
 gleich bei den Kunstschönheiten sich eben so wenig,  
 wie bei denen der Natur aus objektiven Gründen ihre  
 Schönheit darthun läßt, so haben doch diejenigen Wer-  
 ke, welche Jahrhunderte hindurch, trotz des Wechsels  
 aller zufälligen Umstände für Schön gehalten worden,  
 ein sehr günstiges Vorurtheil für sich; diese große  
 Uebereinstimmung so verschiedener Menschen und Zeit-  
 alten läßt mit recht vermuthen, daß diese Gegenstände  
 einen gegründeten Anspruch auf Allgemeingültigkeit des  
 Wohlgefallens machen können. — Uns entzücken die  
 Oden eines *Pindar* und eines *Horaz* wie ihre Zeitgenos-  
 sen; und wenn die Griechen ihren *Sophokles* und *Euri-*  
*pides* wegen ihrer Werke vergötterten, so stimmen auch  
 wir noch in ihrem Beifall ein; die Reden des muthigen,  
 freyen *Demosthenes*, der die Athenienser ermuntert, dem  
 Unterjochungsgeist des Macedonischen Philipp aus allen  
 Kräften sich zu widersetzen und durch Blut ihre Frey-  
 heit zu befestigen; des fürs Vaterland besorgten *Cicero*,  
 der einen *Catilina* aus dem Senat donnert, reissen uns  
 hin, wie sie ihre Zuhörer hinrissen. — Bei Werken die-  
 ser Art sind wir weit mehr gesichert, daß nicht die fri-  
 vole Mode unser Urtheil besticht, und so werden die  
 schönen Werke der Alten mit Recht für die Schule des  
 Geschmacks gehalten und lobgepriesen." *Cfr. Eund. l. f.*  
*cit. pp. 175, 176.*

eos negligere oporteat: quos Juventuti qui ocludit Scholasticæ, fontes prætervectus rivulos confectatur x).

Adumbrata sic breviter necessitate non minus quam utilitate Culturæ Juventutis Æstheticæ, & vindicata Litteraturæ, imprimis Classicæ, benefica animos moresque humanos emolliendi & expoliendi vi, nec non finitis in genere limitibus, quibus in Scholis nostris contineatur; propius jam præsentî persequendo instituto manum admovemus, *viam* scilicet *Et modum Sensum Juventutis Ætheticum in legendis Aucto-*

---

x) "Vorzüglich sollte man die Jugend, durch zarte Griechische Bildungen mehr als es geschieht, für zarten Griecheninn, der die Barbarey auch aus den innersten Schlupfwinkeln des Geistes vertreibt und die feinsten Falten des Gemüths ausglättet, empfänglich machen und bilden; nicht in die "Sitte und Weise der Neuern" einstimmen, über die KLOPSTOCK noch in der Gelehrtenrepublik klagte:

"Die Römer sind es euch, die Griechen laßt ihr liegen:

Ihr nehmt das Ey und laßt die Henne fliegen."

Scimus quidem S. *Novi Testamenti* Pandectas Græcas in Scholis nostris Publicis legi solitas; neque nos iri sumus, qui hanc temere improbenus rationem; sed cum præcipuæ, quæ in illis eminent elegantiae de alio plerumque manent fonte; non possumus non cum Schelle (l. c. pag. 176) optare ut Auctor aliquis idoneus pure Græcus in Scholas nostras olim inferatur Publicas.

*Auctoribus Classicis formandi, paucis pro modulo vi-  
rium delineaturi.*

---

Primum itaque omnium constat, ætatem de qua loquimur puerilem, Sensuum & Phantasiæ imprimis esse ætatem; prima enim origo *Rationis* tam *Logica* quam *Puræ* y) *passiva* est, vel potius *objectiva*: hoc est, intra animam quidem nascitur, & ex nativis ejusdem facultatibus sua ipsius vi explicatur & exoritur; non autem ultro & absque impulsu ab experientia & sensibus subministrato: id est: experientiam non præcedit. Hanc autem vim & dignitatem Sensualitatis sustinentes, id non volumus, ut Rationalem hominis naturam hujus omnino dominio subiciamus; quin potius illam, præclarissimam certe mentis humanæ dotem, animisque nostris singulari divino munere inditam, omni cura & studio fovendam esse & perficiendam vehementer urgeamus. In hoc vero persequendo negotio, qui a via & tramite, quem expressis vestigiis monstravit nobis alma natura, temere recedit, non multum ab eo differre nobis videtur, qui radice neglecta, flores modo & apicem herbæ anxie curat.

D 2

Quo

---

y) Cfr supra laudati SCHMID's *Wörterbuch*, Vocabb. *Ver-  
nunft*, *Verstand*. — De illa s. *Ratione Logica* nobis hoc  
loco imprimis est quæstio, quæ quippe Scientiis Empiri-  
cis, earumque iuvelligandis principiis, maxime occu-  
patur.



Quo igitur validissimo fuffulti fundamento, pauca admodum ingeniis puerorum offerenda putamus, quæ ipsi prius experti non fuerint, quæve, ubi fieri potuit, aliquo saltim modo in ipsam sensualitatem eorum antea non egerint, sensusque vel voluptatis vel doloris in illis excitaverint. Facile enim sensationes suas & ipsi, a prudente imprimis ducti Magistro, ad rationis forum transferent, ejus vi & judicio subjicient, ac paullatim hac via notiones & ideas rerum sibi formabunt non *vacuas* & *inanes*, (mere *abstractas* & *formales*, ætati puerili nec gratas nec aptas satis), sed *reales* & *empiricas*, quæ certe eo altiores in animis agent radices, quo vividius & uberius materiam ipsarum ope sensualitatis vel internæ vel externæ hauserint, & quo libentius ad ea attendere soleant eaque arripiant, ad quæ suo ipsorum sensu & experientia pertigisse sibi videantur. Ex his deinde ad *Puras* illas & *Abstractas* prona & facilis erit transgressio; cum hæ plerumque meræ priorum, rite conceptarum, sint consequentiæ, interdum vero simul eum illis, — (occasionem scilicet agendi Rationi Theoreticæ præbentibus,) — secundum leges in ipso animi fundo positas, ita explicentur & formentur, ut earum nobis conscii demum fiamus. Atque sensualem sic esse originem veræ omnis culturæ, imprimis *Æstheticæ*, facili videbis negotio, si Historiam educationis totius generis humani, vel gentium si mavis insigni culturæ gradu conspicuarum, consulueris. Diu majores *Græcorum* effrenatæ ac luxuriantis phan-

tasæ paruerunt imperio; donec adspirantibus undique auris secundis, per varia conamina variasque casus, paulatim e crassiore hæcæ & primævæ gentis suæ sensualitate ad summum adscenderent culturæ politioris & artium quarumvis elegantiorum culmen. Ipse vero hic eorum Gustus five Sensus Æstheticus, volventibus sæculis eo factus est limatior & exquisitior, quo prescius in eo formando vestigiis naturæ insisterint z). *Romani* vero, horum quidem excitati exemplis, at potius vestigia antecessorum prementes, quam suomet Marte naturam ducem sequentes, in artibus scientiisque bellioribus excolendis, Atticam nunquam attingere valebant perfectionem.

Ne igitur in naturam & indolem mentis humanæ, quæ spreta, sui gravissime ulciscitur contemptum, temere irrumpamus, ex argumento hocce qualicunque philosophico, hanc in genere eruimus institutionis

nis

---

z) Hic meministe juvabit quæ de Gustus origine egregie hunc in modum diserit HERDER: "Genie ist eine Sammlung von Naturkräften, es komt also auch aus dem Händen der Natur und muss vorausgehen, ehe Geschmack werden kann. — Ein Kind unterliegt zuerst dem tausendgestaltigen, tiefen, unermesslichen Weltall, ehe sich ihm die Bilder vom Auge rücken, sich von einander sondern, und Ideen werden. Erst durch viel Unschicklichkeiten rohgewandter Kräfte lernt der Ringer mit Gleichmaafs Kämpfen und überwinden." L. f. c. pag. 243.

nis legem: quantum fieri possit cavendum esse, ne tam a Regulis & Præceptis Theoreticis Culturam hanc ordiamur, quam potius ipsas assidue occupando Facultates puerorum *Æstheticas*, usu & exercitatione viva eas evahamus.


Sed præter dubia, quæ his diluere conati sumus observationibus, gravem adhuc residuam prævidemus objectionem. Videbimur scilicet aliam neglexisse egregiam animi facultatem, *Memoriam* puta, quæ methodo allatæ contraria optime acuitur, & ad quam perficiendam, ut omnem fere institutionem primæ ætatis, ita & *Classicam*, præpostera quadam sollicitudine apud nos comparatam invenimus; non tam, ut putaverim, ejus expoliendæ studio, quam stulta admodum opinione, omnem hinc pendere hominis culturam, memoriamque divite præceptorum copia, quantumvis mortua, instructam esse debere, priusquam ad praxin & res ipsas tendere liceat. — At vero neque nos de alma hacce animi dote aliquid detrahimus, minime ignorantes ætatem puerilem ejus culturæ aptissimam esse, nec egregium ejus in omnibus vitæ rationibus usum diffitentes; eorum modo improbamus consuetudinem, qui *omnia* ad *Memoriam*, ad *Sensus nihil* referentes, tanta eam fovent cura, ut ceteras animi facultates, hac longe præstantiores, novercali opprimant negligentia a). Quam  
ra-

a) In quod educationis vitium nimio forte rigore hunc in



rationem prorsus rejiciendam tanto confidentius pronuntiamus, quo certius indubia constat experientia, res quascunque ad movendos sensus Æstheticos fortissimas, memoriæ vero præmature & serviliter impressas, omnem fere perdere vim Æstheticam; eas autem e contrario, quæ ipsam primum serierunt sensualitatem, quacunque demum forma induantur & habitu, ultro quasi & suapte in phantasiam & memoriam descendere. Aut ergo valde fallimur, aut facultates Juventutis Æstheticæ eadem saltim, (majore prope dixerim), tuendæ sunt cura ac memoria; quæ his conjuncta, insigne demum sibi vindicat pretium.

Dicta



modum invehitur WAGNER supra laudatus: "Ich halte dafür das das Gedächtnis kein sehr achtungswürdiges Talent sey; denn es ist nichts als die Einbildungskraft, die man angewöhnt hat, Vorstellungen und Begriffe nicht nach ihrem innern thätigen Wesen, sondern nach ihren zufälligen äusserlichen Formen zu reproduciren, und die Kultur des Gedächtnisses, als solchen, muß demnach der wahren lebendig producirenden Einbildungskraft ausserordentlich Abbruch thun; da diese das Leben der Dinge nachzuahmen gewöhnt, jenes aber ihre Leichensteine zu sammeln verdammt ist. Daher siehst du denn auch bey Männern, deren Gedächtnis vorzüglich bearbeitet wurde, den lebendigen Geist, und das Anschauungsvermögen des Großen und Schönen in eben dem Maasse verschwinden, als sie vermöge ihrer Erziehung gewöhnt worden sind, die Dinge nur nach ihren äussern Zufälligkeiten zu reproduciren." L. c. pag. 76.

Dicta vero ut ad rem propius applicemus, laudatum præceptum in legendis Auctoribus Classicis, *Doctoribus nempe Veterum Lingvarum*, jam in ipso primo *Lingvarum studio*, aliquatenus observari & posse & debere, constanter urgemus. — Tendit quidem prima in his litteris persequendis opera potissimum ad instillanda memoriæ discipulorum simplicissima quædam Lingvarum & Grammaticæ elementa, quare & ad Sensum eorum Æstheticum difficilius accommodabitur; sapiens tamen quisque & artis suæ peritus Magister, ad supra allatam veræ omnis humanæ cognitionis originem debita attendens diligentia, lectionem hanc jejunam & mortuam fere ultra menses aliquot non continuabit, ad altiora scilicet sensim ac sapienter adspirans; neque, ut in Grammatistis malefanis sæpe videmus, in urgendo studio hocce Philologico, unquam præcipui finis sui & officii usque adeo obliviscetur, ut ad Lingvam tantum & præcepta Grammatica, quæ ad hominem informandum parum per se valent, sed subsidia solum sunt ac adminicula consilii ejusdam longe præstantioris, omnem suam referat operam. Quod qui faciunt, quamvis ex ipsis hauriant elegantiarum fontibus, omnem tamen pulchri sensum ac judicium in discipulis suffocant & obtundunt, iisque similes videntur, qui in ædem amplam & egregiam ascensuri, variis distracti minutioribus negotiis, mediis inhærent gradibus *b*).

Ne-

---

*b*) Egregie itaque SCHELLE de gravi hocce negotio his ver-

Neque igitur ad morem multis receptum, totam fere Grammaticam cum præceptis suis spinosis & asperis tironibus tradere conemur; hæc enim cum ab ingenio & acumine puerili tantum abhorreant, quantum pulchritudines Lingvæ cujusdam subtilissimæ & exquisitissimæ a prima balbutientis pueruli oratione, fieri non poterit, quin pleraque hujus generis, si ingenio nondum exculto & perpolito, me-

E

me-

bis commentatur: "Etwas ganz Eigenes hat das Studium der alten Literatur darin, daß man nur mittelbar zu ihrem Geiste und den Hauptgegenständen derselben durchdringt. Und durch wie viele Hülfsmittel dringt man erst dazu hindurch? Ein großer Theil der die alte Literatur Studirenden bleibt fast immer an den Hülfsmitteln derselben kleben, dringt nie bis zu ihrem Geist und Genuß; Man muß also darauf denken, die Gegenstände des Studium der alten Literatur so zu vertheilen und auf eine solche Art zu behandeln, daß die Hülfskentnisse und Hülfsmittel derselben in gewissen Perioden des Studiums der Alten nicht einzig den Geist verfehlen, erdrücken und ihn für den Geist der Alten abstumpfen, ohne das Studium der Hülfsmittel, durch die allein man nur zu dem Geist der Alten durchdringt, zu vernachlässigen. Dieses läßt sich aber sehr wohl thun." L. f. c. pagg. 58, 59. — Et alio loco: "Auch Grammatik, als Ausdruck der Gesetze der Sprache, hat nur einen untergeordneten Werth. Nur der dürftige Grammatiker macht sie zum Zweck an sich; sie ist nur Mittel, im Vergleich gegen die eigentlichen Werke der (höhern) Literatur, für Menschen von Geist und Geschmack", pag. 10.

moriæ puerorum infundantur, non solum sine omni  
 percipiuntur voluptate, sed etiam omnem quasi præ-  
 tervolent attentionem & intelligentiam c): neque  
 lauto hocce & splendido, vel modico saltem ac so-  
 briore apparatu Grammatico ad explicationem Au-  
 ctorum Clasicorum demum delati, multas, ut ple-  
 risque moris est, in unaquaque fere linea anxie ca-  
 ptemus occasiones, perceptas olim regulas memori-  
 ter tantum recitandi; sic enim & tædiam in discipu-  
 lis excitatur certissimum, & fatua eadem ac mortua  
 in mentibus plerumque remanet præceptorum copia.  
 Quin potius, nostram ut breviter promamus senten-  
 tiam, primum Grammaticæ non erit diutius immo-  
 randum, quam ut in vertendis Auctoribus maxime  
 necessaria tirones imbui possint cognitione præcepto-  
 rum Lingvæ elementarium d), quæ opera, ut bre-  
 vio-

s) "Die zweckmässige oder un Zweckmässige Behandlung  
 der Grammatik, befördert und belebet schon das Stu-  
 dium der Alten nach ihrem Geiste, wenn auch noch nur  
 entfernt; oder schläfert den Geist in einem ertödtendem  
 Mechanismus ein, der für den Geist der Alten ganz un-  
 empfänglich macht, und kein Interesse für sie aufkom-  
 men läst." SCHELLE I. c. pag. 60. — "En tout art,  
 et en toute science, les élémens et les principes ont  
 toujours quelqve-chose de sec et rebutant. C'est pour  
 cela qv'il est bien important d'abiéger et de faciliter  
 ceux des Langues qv'on apprend aux enfans, et d'en  
 adoucir l'amertume par tout ce qv'on y peut répandre  
 d'agrément." ROLLIN l. c. pag. 355. Tom. 4.

d) "So bald der Zögling der Alten die Formen der Rede-

wiori temporis spatio, sic facillimo absolvetur negotio; deinde vero laborem hunc fervilem fere & spinosum explicatio ipsa sive versio in linguam vernaculam mox excipiat libri cujusdam ejusmodi, ut materia tractata ætatem puerilem & feriat & delectet, & stilus simplex sit, nec nimis dicendi artibus perpolitus. — Versio autem hæc tam prima & elementaris, quam accuratior illa & doctior, crescentibus paullatim puerorum ingeniis hanc subsequens, vices quasi subeat vivæ ejusdem Grammaticæ, qua Linguam nostram vernaculam sensim addiscimus; ita ut ad genium & habitum Lingvæ, ordinem ac regulas constructionis, nexumque verborum paullatim alumnos attendere doceamus, sicque præcepta, hæc

E 2

te-

theile und ihre allgemeinste Verbindung, in den alten Sprachen hat kennen lernen, muß man ihm das Skelett des Sprachkörpers mit Leben bekleiden, d. h. ihn zur Lektüre in einem Lesebuche übergehn lassen." SCHELLE pag. 18. — Cujus iterum alio loco hæc habemus verba: "Man muß sich nur in der frühesten Zeit der Erlernung des Griechischen und Lateinischen nicht zu lange bey der Grammatik verweilen, und nicht alles in sie ziehn. Es ist für den ersten Anfänger in der Sprache genug, wenn man ihm die Formen der Nominum und Verborum nebst den allgemeinsten Gesetzen der Construction auf dem kürzesten und zweckmässigsten Wege kennen lehrt, und dann sogleich zur Lektüre übergeht. (Nach und nach läßt sich auch die Sphäre der Grammatik erweitern)." pag. 66.

tenus illis vel obscura, vel ignota, methodo sapienter analytica, in legendo eliciamus atque illustremus e).

Hoc vero quo prospere succedat negotium, Pædagogos impense admonitos volumus, ut semper junctim cum ipsis rebus, plenaque & perspicua earum proposita intelligentia opus maximi sane momenti instituant; quo ipso memoriam valde sublevabunt, ingenium acuent, & voluptatem hisce ex literis percipiendam alent f). — Tum demum, data nempe sic ad altiora evolvendi occasione, & præparatis sensim arduo magis negotio ingeniis puerorum, ad difficiliora & philosophica attendendum erit præcepta Grammatica; quibus iterum sub ipsa Auctorum lectione & lucem affundamus uberiolem, & vitam

e) "Or tout cela ne se peut faire qu'en expliquant les Auteurs, qui sont comme un dictionnaire vivant, et une grammaire parlante, où l'on apprend par l'expérience même la force et le véritable usage des mots, des phrases, et des règles de la syntaxe." ROLLIN l. c. Tom. I, pag. 296.

f) "Zugleich aber muß man den jugendlichen Geist, wenn er sich auch des Inhalts von dem Gelesenen erfreut, nicht gewaltsam davon abziehen. Man muß vielmehr dessen Aufmerksamkeit selbst mit darauf lenken, wenn es bey etwas träger Vorstellungskraft nicht selbst thut, um ihm nicht schon früh an eine bloß todte Formenwelt zu Ketten." SCHELLE l. c. pag. 66.

tam quasi verumque pretium largiamur; usum tamen ac consuetudinem fugientes Grammaticorum complurium, qui altiora hæcce exili sua & misera demum persequentes methodo, sterilem tantum præcepta declamandi quærunt occasionem, & in elementis primis & vilissimis assiduo repetendis adeo sunt multi, quasi ad tædium ac odium omnis studii philologici Juventuti procreandum omnis ipsorum tenderet opera g).

Verum enimvero, alium etiam finem in tradendis Lingvis Veterum sapiens intendit educatio, culturam nempe Juventutis Æstheticam. Penitius enim Lingvarum considerantes originem, naturam, & indolem, Philosophiam & vim quandam animos afficiendi in iis latere videmus exquisitissimam & uberriam; quam accurate & evolvendo & commonstrando Præceptor diligens, ingenium discipulorum, & quasvis animi facultates, non uno perpoliet & exercebit nomine h). Quamvis enim subtiliorem illant  
& pe-

g) Apte hunc in locum trahi possunt, quæ de legendis Epistolis Ciceronianis egregie hunc in modum diserit idem SCHELLE: "Erklärt man da noch jedes geringste Wort, wie credo und ähnliche, was selbst in den Commentaren, der Cicero'schen Briefe (selbst für Primaner!) noch häufig geschieht: so muß dies, statt ein Interesse für die Lektüre der Alten bey der Jugend zu erwecken, ihr Ekel davor beybringen." pag. 322.

h) "Mit einer, die jugendliche Selbstthätigkeit belebenden

& penitiorum Lingvarum Philosophiam pueris proponendam handquaquam syadeamus, in qua nempe sudare oportet viros vel sagacissimos, & quam itaque ad provectiores annos academicos summo reservamus jure; offert tamen studium hocce innumeras fere & aptissimas occasiones facultates ingenii, Sensumque præsertim Æstheticum acuendi, via etjam ætati puerili accommodata: in applicandis ex. gr. ad usus casusque varios obvios perceptis hæctenus regulis Grammaticis, novisque ex ipsa versione & usu lingvæ eliciendis: in constructione verborum & sententiarum examinanda, & ad Lingvæ vernaculæ consuetudinem exigenda: in abstrusis sæpe radicibus vocum inveniendis, earumque loco quovis sentienda vi & elegantia: in investigando sensu Auctorum genuino, eoque in nostrum sermonem exacte, ornate & distincte transferendo: in ostendendis denique ac de-

Wahl und Behandlung der Gegenstände, ist auch keine Beschäftigung so sehr geeignet, den erwachsenden Geisteskräften. Witz, Scharfsinn, Erfindungskraft die erste Uebung zu geben, als die Beschäftigung mit den alten Sprachen." SCHELLE pag. 60. — Et porro: "Obne sie — (de Lingvis loquitur hodiernis ac veteribus) — iurud' es den höhern Geisteskräften an dem nöthigen Stoff fehlen; sie geben diesen Stoff, und — recht behandelt — schon selbst zugleich den höhern Geisteskräften einen angemessenen Spielraum, um sie, nicht in blossen mechanischen Gedächtnisübungen einschlämmern zu lassen." Pag. 62. — Cfr. NIEMEYER l. c. §. 201, not. 1.



de gustandis elegantissimis Lingvarum Veterum ex Idiotismis, Onomatopoeiticis, Copia, Brevitate, Harmonia, & quæ sunt aliæ ejusdem generis harum Lingvarum eximie Virtutes. Quas oblatas ut plurimum occasiones, & in usum & delectationem commissæ sibi juventutis diligenter convertet prudens quisque Pædagogus, ne sterili tantum & fatuæ pertinaciter inhærens disciplinæ grammaticæ, a proprio hocce & præstantiore abstrahatur studiorum fine.

In ipsis vero sciendis *Sensibus Æstheticis, Pulchri, Veri, & Boni*, hanc naturæ viam & legem eo magis sequamur oportet, quod causam sui proximam Rationi Theoreticæ non debeant, sed illi ipsi, quam supra diximus, animi sensualitati: sponte porro ac per se in mente non nascantur, sed hausta foris materia quavis Æsthetica, in animis bene natis demum prodeant, sensualitati blandiantur, phantasiamque mulceant. Hinc non tam arte, regulis ac præceptis, quam potius divo ipsius Naturæ beneficio ac munere, sensus de quibus loquimur Æsthetici in nobis excitantur i). *Sentiuntur*, ut ait *Quintilianus*, voluptates

i) Aptè in hunc quadrat locum quod de origine Eloquentiæ disserit CICERO: "Ego hanc vim intelligo esse in præceptis omnibus, non ut ea secuti Oratores eloquentiæ laudem sint adepti; sed quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse, atque id egisse. Sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum." Cic. *de Orat.* L. I. n. 146.

tes hujusmodi latente iudicio velut palato. Nec magis arte traduntur quam gustus aut odor; referantur enim oportet ad sensus, qui non docentur. — Quodsi jure contendant optimi quivis Philosophi sensum quemcunque Æstheticum abstrusum esse & obscurum, ac ubi voluptate maxima animum afficit, rationis longe fugere acumen: Pulchritudinem porro propius ac diligentius examinatam, rationisque submissam iudicio vel penitus evanescere, vel vim saltem maximam ad movendos animos amittere *k*); quanto certiozem pulchritudini & elegantiae cuius Æstheticae moliremur ruinam, si pectora ad eam sentiendam theoretica artis via, longa nempe, aspera & ingrata præformare eniteremur?

Si quis ergo Pædagogus aut culturam omnem & disciplinam puerorum æstheticam eo usque differret, quo ingenia eorum ad suscipienda præcepta artis theoretica idonea iudicet, aut pulchri naturam & in-

---

*k*) "Wenn die Klarheit der Erkenntnis des Schönen bis zur Deutlichkeit erhoben, oder das Schöne in seine Bestandtheile aufgelöst wird, so verschwinden Idee und Empfindung des Schönen, und das Schöne selbst kann nach deutlicher Erkenntnis zuweilen ganz anders erscheinen." SCHOTT l. c. §. 22. — "Da der Geschmack nur im ganzen, freiwirkenden Genie lebet, so wick man natürlich um so mehr von ihm ab, je mehr man ihm in Regeln und Vorurtheilen auf eine todte Weise nachstrebte." HERDER l. f. c. pag. 268.

indolem subtiliter describendo, regulasque certas & præfinitas secundum quas mentes sensu ejus afficiantur inculcando, delectamentis æstheticis ad pectora puerorum in prima jam ætate aditum munire tentaret; in priore utique casu præcipuam educationis curam, ubi eam institui imprimis oportet, inepte negligeret: in hoc autem temeris intentus ausis, limites rationis theoreticæ, vi sensualitatis suspensa, insipienter dilatando, omnes fere deliciarum nobilissimarum fontes præter opinionem intercluderet 1).

Judicium enim pulchri & decori hinc formatum —

F

(fi

1) Egregie pro more suo hac de re dicit HERDER mox citatus: "Alle zu früh aufgedrungne Regelnmaasse, ehe man selbst die Regel als unentbehrlich ansehen lernt und gleichsam von selbst darauf kommt, sind schädlich und bleiben auf immer schädlich, wie man an dem fixirten, seyn sollenden Geschmack in Ägypten und Sina siehet. Der Schöpfer selbst liefs ja erst das Chaos ausgähren, und entwickelte die Welt nur durch innere Naturgesetze zur Harmonie, Ordnung und Schönheit. Eine Fliege, die aus ihrem Winterschlaf gewaltsam und widernatürlich erweckt wird, lebt auf Minuten auf, um auf immer zu sterben." Pag. 244. — Da die Theorie der schönen Künste nur in Beziehung auf das Schöne selbst von Werth ist: so können bestimmte Grundsätze des Schönen auch nicht eher Bedürfnis seyn, bis der jugendliche Geist die ihnen entsprechenden Kunstwerke im Gebiete der schönen Künste selbst mit gereifter Empfänglichkeit genieffen kann." SCHELLE Zweyt. Band, pag. 497,

(si modo locum habere queat) — affectatum foret; jejunum & scrupulosum: meris quippe argutiis ac subtilitatibus spinosis intentum, ubi alii exquisitissimas vident pulchritudines, nobilissimasque perfentiunt voluptates æstheticas, avidis & insulsis sese intexeret quæstionibus, neque in scriptis Veterum egregiis aliud facile inveniret, quam siccum quoddam & sterile ingenii male sani nutrimentum *m*), haud secus ac qui tabulam egregie depictam contemplaturus, varias tantum colorum materias intentius per-

*m*) "Wenn ich einen Künstlerknaben Jahre lang am Werkzeuge schnitzeln lehre, daß er die Natur selbst nie einmal zu Gesicht bekommt: so ist er statt eines Bildhauers der ärgste Tagedieb geworden, und hat dazu sein Werkzeug zerschnitzelt und auf immer verderbet. So gehts den Schulmeistern und Phrasedrechslern bei Cicero und Homer. Nicht bloß, daß sie keine Homere und Cicero bilden (dazu gehörte noch sehr viel); ihre arme Gefangne haben den Cicero und Homer selbst nie gesehen, ja sich an ihnen verreckelt, um sie ewig nicht sehn zu wollen. Motten haben sie also gebildet, den Homer und Cicero etwa in Phrasen zu zernagen; sie haben Buben gebildet, die statt zu malen, die Farben vom Gemälde kratzen, oder die Papiere des guten Geschmacks zu Stangen brauchen, womit sie Vogelnäster flören. Mitten unter Schönheiten der Alten wird sodann das Gefühl für die Schönheit verhärtet, und der Geschmack mit Gewalt gezwungen daß er sich verwarlose und nach elenden, kindlichen, unsinnigen Zwecken laufe." L. I. c. pagg. 313, 314.

perquireret, ipsas vero picturæ elegantias ac pulchritudines vel prorsus negligeret, vel levibus modo delibaret oculis. Dum scilicet ab objecto quodam æsthetico hac vel illa afficimur ratione, regulas & artis præcepta primum sollicitè non consulimus, neque anxie cogitamus, an sint jam in promptu affectiones & qualitates, quæ ad normam artis voluptatem tædiumve nobis movebunt, sed ipsi Sensui nos totos quasi damus, cujus quippe neglectis juribus indubiam voluptatum ex hoc fonte emanantium omnium patiemur jacturam. Sentimus solummodo & non judicamus, attamen raro fallimur, nescio quo interno edocti iudice:

*Est Deus in nobis, agitante calefcimus illo.*

OID.

Omnis itaque Philosophia Pulchri Theoretica, a disciplina de qua agimus puerili longe sit remotissima n); quæ vero, si quando adhibenda sit, hoc demum

n) Non possumus quin huic loco verba subjiciamus egregia sæpius nobis laudatæ HERDER: "Zum Geschmack erziehen, heist nicht Geschmack predigen, über den Geschmack murren; sondern ihn zeigen, damit an die Seele dringen, ihn von Jugend auf *Melodisch und thätlich* lehren, oder mit andern Worten, in die Kräfte eines Zöglings mit sanft vortgehendem, nie nachlassendem Schwunge, *Ordnung bringen*, der Seele deselben einen hellen, freyen und leichten Blick, seinem Herzen ein

num locum habeat consilio, ut percepta vi ac voluptate dictorum Æsthetica, & post Sensum ipsum, usu ac lectione Methodo Analytica jamjam exercitatum, ad loca egregia promptius attendere discant pueri, & pulchritudines non sentiant solum, sed etiam quasi oculis videant & percipiant o).

In id itaque tendat hæc diligentior institutionis cura & opera, ut ipsi Materiæ Æstheticæ, vel ipsis Sensibus Æstheticis, illisque quam plurimis, pronam ac facilem ad animos puerorum muniamus aditum, quæ pulchra sunt tam vividis tamque ad ingenia eorum

sanstes Gefühl des Schönen und Guten mit Vernunft und Wahl begleitet, geben: das ist so wenig *Wort* und so ganz *pædagogie, schweigende That und Führung*, als Etwas sein kann." e. f. p. L. c. pag. 309 seqq.

o) "Das Hauptverdienst einer guten Methode wird darin bestehen, daß man, statt die Regeln des Guten Geschmacks *synthetisch* vorzutragen oder mit einer Menge *technischer Ausdrücke* das Gedächtniß zu füllen, die *Gründe jener Regeln* gemeinschaftlich mit den Schülern, aus der Natur der Sache entwickelt, und sie selbst erfinden, oder wo dieß zu schwer ist, wenigstens ihr Entstehen, und warum sich alle gebildete Nationen darüber vereinigt haben, ausforschen läßt. So wird ihnen die *Rhetorik, die Poetik* und die *Theorie der schönen Künste* nicht mehr als etwas *Willkürliches* erscheinen, und die Anwendung der Gesetze in ihre eigne Art zu urtheilen und zu empfinden übergehen." NIEMEYER I. c. §. 212.